

ut
ciuidinem, ut Spira uiuens, in tanta iuris consultorum celebritate, ad illos potissimum te adjungas 171
126.
quos perspexeris non minus Germanae iustitiae: quam Romani iuris studiosos esse. Hoc vna sane
magno nomine pietas praestat omnibus humanitatis artibus: quod promissiones habeat, non modo
praesentis vitae: sed etiam futurae. Venit nuper in scholae nostrae societatem Hesselus Mechama pro-
pinquus tuus. quartae classis est puer eleganti ingenio uiuit in familia Sterkenburgij. Dabimus
operam ut quod se suae generis dignum sit faciat. Tuum fratrem miror cura ut receperat Patrem
nostrae fidei creditum non fuisse. Johannes Prickerius adhuc apud me est, & cum eo adulescentes
foreasse viginti. Jam nunc aetas mea velut umbra inclinatur ego herbae ritui aresco. Sentio sane in-
commodi aliquid ab annis recedentibus: sed nihil tamen haecenus scholasticis laboribus detraxi.
Habemus Dei beneficio studiosorum iuuenum honestissimam & frequentissimam coronam.
Tradimus cui semper pietatis instituta & litteras liberales ex optimis auctoribus tum Grae-
cis, tum Latinis. Disciplina quoque sedulam rationem habemus, & Dominus noster Iesus
Christus fouere nos pergit sua beneuolentia, & tranquillam nobis gubernationem concedit.
Mea conjunx iuxta mecum te amat, & recordatione honestissimi conuictus, quo nobiscum
versatus es, subinde ambo recreamur. Talem quidem illum iam dudum accepi, quem nauis
impederam: sed libros qui erant apud nos relictos recuperare, tibi remittere nondum potui. Crude
mihi nulla hic mea culpa est si ex auro solido compacti essent, ego eos abs te reuocatos sciens, non si-
nerem apud me detineri vel diem unum. nunc quando ea res corrigi a me non potest uehemen-
ter terogo ut a quo animo hoc quicquid est incommodi patiaris. Vale nam huius diem totum
in Schola consumpsi, fractusque sum labore & aestu. Bremae. 18. Junij. 15. 7. 5.

Te amans praeter ceteros pro tua ingenij
suauitate

Johannes Mosanus.

N. 249)

Pax Christi.

[= Mscr. A. 12 = N. 235]

M. J. J. —
Commissarius
E. J. J.

Commorant me non vulgariter Commeline suauissime, qui nuntiarunt grassari isthic
contagium, quod te quoque tuis aedibus excusit. Scio famam in his rebus saepe vanam esse: soli-
citas me tamen tuae familiae valetudo, quam velim vnam esse quam maxime immunem ab omni
contagione. Factum mihi est periculum, quanta inde calamitas, & quantus luctus paterno cordi
accidat. Siquid tamen accidat vir optime, fac animo constanti in DEI prouidentia acquiescas,
qui tuos, tuorumque liberorum incertos casus beneuolentiae suae certitudine moderatur. Hic mihi
mea Emerentia in mentem venit, cuius isthic exitus, procul a parentibus exoptatis, procul
a charissimo coniuge, procul ab amicis, & notis omnibus, in maximis angoribus iuuenula,
non dum satis confirmata sane perquam acerbis fuit. Circuit leo ille rugiens, quaritque
quos a suo custode depulsos magnis malis inuoluat. Equidem illam prolixè defleui, existi-
mans velut incus fuditam ouiculam, miserandis modis circumuentam, & dilaniatam, quod
quidem ad praesentem vitam attinet, fuisse. Vobis nihil eiusmodi expectandum cogito, sed
tamen quia valde vos amo, vobis multa timeo, quae fortasse nunc meo ipsius, & meorum
pignorum capitibus impendent. Αὐτὸν γὰρ τὸ πᾶν ἄνωθεν ἀνθρώπων. Quod si
serpat hoc malum latius, non dubitem tibi auctor esse, ut cum vxore & tuis familiaribus
huc venias peregrinatum. non angustè habito, imo cubili vos post um multos exupere, erigere
vobis mecum mensa liberalis, & minime morosus conuictus. Mihi vero & mea Alethea
multo erit

